

Disputatio Quinta,

57. Et illa essentia divina ut praetincto hujusmodi positivo, esse incommunicabilis alteri ut supposito: Ergo efficit suppositum & persona. Probatur Minor, quia non est communicabilis nisi illi positivo, quod ex se non est subsistens, sed potius per eam subsisteret: & se haberet ad illam ut forma ad subsistens, ex ea autem quod aliquid sit communicabile alteri ut forma, ad sufficiendam illam, non sollicit ab eo quod sit suppositum; ut patet in Verbo Divino, quod communicatur hoc modo humanitati ad illam sufficiendam: Ergo &c.

57. Ultima ratio. Si persona Verbi Divini v.g. non habet aliud subsistentiam, quam absolutam, uniuersitatis trinitatis ad Verbum sufficit facta immediate in aliquo ab solito, & communis tribus personis, ac proinde omnes tres personae essent incarnatae. Sequela probatur: Unio humanitatis immediate facta est ad subsistentiam, quia unita est Verbo ad sufficiendum in illo, & subsisteret est effectus formalis subsistentiae: Ergo si in Verbo non sit nisi subsistens absoluta, unio humanitatis immediate facta, est ad aliquid commune & absolutum.

§. IV.

Duo corollariorum precedentes doctrinam.

58. Ex dictis colliguntur triplex discrimen, quod inter subsistentiam & existentiam reperitur; triplexque ratio, cur subsistens debet in personis divinis multiplicari, non vero existentia. Nam in primis existentia non habet quod sit formale constitutivum personae, sicut subsistentia. Secundo, nomine personae divina formaliter & directe significatur subsistens, non vero existens. Tertio existentia dicitur tantum uno modo, subsistens vero duplicitate.

59. Colligitur etiam major confirmatio doctrinae nobis dicte supra disp. 3, art. 5, eur scilicet relationes divinae non addant perfectionem ad existentiam, eti gaudent propriis subsistentiis: quia scilicet ratio subsistens, quam addunt, non confitit in perfectione independentie, que perfectio est, sed in perfectione incommunicabilitatis, qui ordinem ad existentiam non exprimit, nec perfectionem dicit; in hoc enim quod est alteri non est communicabile, nulla relectus perfectio.

§. V.

Solvuntur Objectiones.

60. Recipuum Adversariorum fundamentum sumitur ex auctoritate D. Thomae, qui videtur favere illorum sententia: docet enim art. 3, de potentia art. 3: ad 7. & 9. quod relatio in Divinis distinguuntur in quantum est relatio, confitit autem hypostasis, in quantum est divina essentia. Et q. 9. art. 5. ad 13. Inseebus (inquit) creatis principiis individualibus duo habent, quod unum est, quod sive principia subsistentiis, natura entia communis de se non subsistit nisi in singularibus: atque quod per principia individualia supposita natura communis ad invicem distinguuntur. In Divinis autem proprietates personales hoc solum habent, quod supposita divina communis ad invicem distinguuntur, non autem sunt principia subsistentiis natura divina, ipsa enim natura divina est secundum subsistens: sed ex causa proprietates personales habent quod subsistunt ab essentia. Ex quibus verbis hoc argumentum conficitur. Si relationes divinae differunt secum proprias subsistentias, illae essent rationes subsistens, subiecti divinae nature, sed potius habent a natura divina quod subsistunt, ut afferit D. Thomas, locis relationis: Ergo secundum principia doctrinae D. Thomae, relationes divinae non differunt secum proprias subsistentias relativas: sed habent quod subsistunt a subsistente absolute essentia, que in illis includitur.

61. Respondent plures ex nostris Thomatibus, quod quando S. Thomas afferit, quod relationes divinae non habent quod subsistunt, nisi in quantum sunt divina essentia ly. in quantum, denotat solum radicem, non vero rationem formalem subsistendi; & significat, quod licet relationes divinae, ex vi sue linea & rationis formalis, habeant quod subsistunt, & personas divinas constituant; quod tamen habent minus praeferunt, provenit tamquam a principio radicali a divina essentia quam includunt.

Hoc tamen responso non videtur menti S. Doctoris conformis. Primo, quia D. Thomas in responseione illa ad 13. constituit hoc discrimen inter omnem naturam creatam, & divinam, quod divina a se subsistit, & proprietates ab illa; creat sicut non ita, sed proprietates dant illi subsistere, & ab aliis distinguuntur: At ly. in quantum, denotante divinam pro radice, & non pro ratione formalis subsistendi in proprietatis, non salvatur hoc discrimen; nam etiam in natura angelica, proprietates individuantes habent radicaliter a natura, quod subsistunt: Ergo ly. in quantum, non radicem, sed rationem formalem subsistendi designat.

62. Secundo, D. Thomas ibidem afferit, quod proprietates personales non dant divinae essentiae quod subsistat. Sed hoc erit falsum, si particula, in quantum, solum radicem, non vero rationem formalem subsistendi excludat: Ergo idem quod prius. Minor patet in exemplo adducto: Nam licet in natura angelica proprietates individuantes habeant radicaliter a natura quod subsistunt, quia tamen rationem formalem subsistendi secum deferunt, dant illi quod subsistit formaliter: Ergo pariter, si proprietates personales in Deo propriam subsistentiam secum deferant, dabunt essentia divina quod subsistat, quamvis rationem illam subsistendi, ab illa ut a principio radicali habeant.

63. Tertio ibidem S. Doctor ait, relationes ratione sui distinguere supposita: quod tamen illa subsistentia constitutiva, habent in quantum sunt divina essentia: At ly. in quantum, denotante radicem, non subsistit hoc probatur, nam etiam radicaliter habent ab essentia quod supposita distinguuntur, sicut & totum esse ab essentia radicaliter habent: Ergo non radicem, sed rationem formalem denotat particula in quantum. Hac ergo responsio pretermittitur.

Melius respondetur, quod quando S. Thomas dicit rationes divinas habere quod subsistit ab essentia, non loquitor de subsistentia ut dicit perfectatem incommunicabilitatis, de qua in presenti agimus, sed de subsistentia pro perfectate independentie sumpta: cum enim subsistens sub hac acceptance sit maxima perfectio, provenit non solum radicaliter, sed etiam formaliter a divina essentia, non vero a relationibus, quia rationes sive perfectionem non dicunt. Unde hec testimonia D. Thomas primam conclusioem supra statutam consumantur: secunda tamen nequam prejudicant.

Neque huic interpretationi & solutioni obstat, quod D. Thomas ibidem ait, nempe quod relatio confitit hypothesis, in quantum est divina essentia: quod non videatur posse verificari de subsistentia, ut dicit perfectatem independentie: hoc enim hypothesis non confitit, sed folum de subsistentia prout dicit perfectatem incommunicabilitatis. Hoc, inquam, non obstat, quia D. Thomas ibi non loquitor de constitutione hypothesis in ratione personae, sed in ratione subsistentis, subsistentia absoluta, de qua loquitur, ut satis aperte colligitur ex responsione illa ad 7. ubi post verba allegata, statim subdit: Relatio enim in quantum est relatio, non habet, quod subsistat, vel subsistere faciat; hoc enim solum subsistens est. Quibus ultimis verbis aperte declarat, se loqui de subsistentia, quia convenientia rationis divinae, quatenus est substantialis & non accidentalis, sicut relations creatae: Sed hoc est subsistentia, ut dicit perfectatem independentie ab alio subsistenti, ut patet: Ergo de illa loquitur.

Ex his patet solutio ad argumentum ex p[ro]allegatis testimonis declactum. Respondeatur enim, distinguendo Majorum: Si relationes divinae deferunt secum propriae subsistentias, illae essent rationes subsistendi divinae essentiae, in priori acceptione subsistenties, prout scilicet dicit perfectatem independentie, nego Majorum; in posteriori acceptione, & prout importat perfectatem incommunicabilitatis, concedo Majorum; & sub eadem distinctione Minoris, nego Consequentiam. Licer enim relationes divinae perfectatem independentie non tribuant essentiae divinae, sed potius ab illis accipiunt, illi tamen dant perfectatem incommunicabilitatis alteri ut supposito.

Dices: Si paternitas verbi gratia hanc perfectatem incommunicabilitatis essent divinae tribueret, redderetur naturam divinam alii personis incommunicabilem, & sic distinguitur Mysterium Trinitatis, quod constituit in hoc quod eadem numero natura, tribus suppositis realiter distinctis communicetur.

Sed nego sequelam: hoc enim peculiare est naturae divinae ob suam infinitam perfectionem & secunditudinem, quod in tribus suppositis subsistat; atque adeo quod veluti inadequare per quamlibet personalitatem & subsistentiam terminetur. Unde paternitas habet quidem quod reddit naturam divinam alieni Patri incommunicabilem, non tamen Filio, vel Spiritui Sancto.

Vel etiam responderi potest ex doctrina Sancti Thomae quod. 2, de potentia art. 5. in corp. quod qualibet relatio divina reddit naturam divinam incommunicabilem, non absolute, & quoad rem habitem, sed secundum quid, & quoad modum habendi. Diverso enim modo natura divina est in Patre & Filio, nec potest eis in Filio, eo modo quo in Patre. In Patre enim est ut se habita, & principium generandi: in Filio ut ab alio, nec est generandi principium; & in Spiritu Sancto ut a Patre & Filio communicata, neque ibi est principium alterius processus. Unde qualibet subsistentia relativa constituit naturam divinam incommunicabilem alteri persone, non absolute, sed sub peculiari & proprio modo, quo queritur persona divina illam habet.

Objecies secundo: Ratio subsistentiae est aliquid absolute: Ergo nulla datur in Divinis subsistentia relativa. Consequitur patet, Antecedens probatur ex Augustino supra relato, dicente: Omnis res ad se ipsum subsistit, quanto magis Deus. Sed illud quod est ad se & non ad aliud, absolutum est: Ergo ratio subsistenti ad aliquid absolutum.

Respon-

De Pluralitate Personarum.

119

67. Respondeo negando Majorum: sicut enim in rebus creatis inesse accidentis nec abolutum nec respectivum est, sed abstractum ab utroque, eo quod aliquid accidentis inheret abolute, ut quantitas & qualitas; aliud vero inheret referendo ad terminum, sicut relatio: ita similiter in Deo ratio subsistentiae ut sic nec aboluta, nec respectiva est, sed abstracta ab utroque; est enim aboluta in Deo secundum se considerato, & ut praetincto divinis relationibus, relativa vero in personis divinis, ut tribuit illis rationem subsistendi incommunicabiliter.

68. Ad Augustinum vero, dicendum est ipsum ibi loqui de subsistentia, ut dicit perfectatem independentie ab alio subsistentia, quia aboluta est, & dicunt ad se, non vero ad aliud; unde convenit personis divinis, ratione essentiae, non vero ratione relationum: Vel etiam dici potest cum D. Thoma quod. predeceperit art. 4. ad 1. & in dist. 23. qu. unicu art. 3. ad 1. & ad Annibaldum ibid. art. 2. ad 1. & de potentia q. 9. art. 4. ad 3. divinas personam dicit subsistere ad se per subsistentiam relativam, quia divina persona ut a nobis concepta (per analogiam tunclicet ad creaturas) non significat relationem secundum munus referendam ad terminum, sed ut subsistentem incommunicabiliter, sub qua ratione non exprimit respectum ad terminum; & quamvis recta illud importet ex parte rei significata, non tamen ex parte modi concipiendi & significandi.

69. Obiecies tertio: Quia existentia est ultimus terminus, non potest altera existentia actuari, nec prater absolutam relativa in Deo conceditur, ut in tertia dilatatione ostendimus: At subsistentia etiam est terminus ultimus in linea subsistendi: Ergo per aliem terminari non potest, nec prater absolutam concedi relativa.

70. Respondeo primo, distinguendo Minorem: Subsistens personalis est ultimus terminus, concedo Minorem. Non personalis, nego Minorem. Subsistens enim absoluta & essentia, sicut non est incommunicabilis, ita nec habet rationem ultimi termini, sed tantum termini constituents naturam ut quod, & nostro modo intelligendi reddentes illam ultimo capcem existentie.

71. Respondeo secundo, distinguendo rursus eandem Minorem. Subsistens est ultimus terminus, in linea independentie, vel incommunicabilitatis, concedo Minorem: in utrque linea, nego Minorem. Similiter distinguo Consequens: non potest terminari per aliam ejusdem rationis, concedo: diverse rationes, nego. Itaque subsistentia, quae est ratio perfectae independentie, actuari nequit per aliam quam sit ratio independentie, bene tamen per aliam quam sit ratio incommunicabilitatis. Et contra subsistentiam incommunicabilitatis non potest per aliam actuari, quae sit ratio incommunicabilitatis; bene tamen per aliam, quae sit ratio independencia.

72. Quærunt hic aliqui, an ratio persona ut sic de tribus personis divinis vel analogice predicitur.

Breviter respondeo (hac enim difficultas nullius est) magis pertinet ad Logicam, quam ad Theologiam) probabilis est, & in principiis supra disp. 3. art. 2. statutis conformis, illam non predicari univoco, sed tantum analogice, non analogie attributionis, sed proportionalis; ecce fere modo, quo ratio entis ut sic de Petro & Paulo predicatorum.

73. Ratio fundamentalis hujus responsionis est, quia ratio univoca, cum debet esse perfecte una, nec ullam in suo conceptu importare diversitatem, debet esse perfecte practica a differentiis interiorum; unde cum non possit dari perfecta praecisio ex parte unius extremi, nisi detur etiam ex parte alterius, ut loco citato ostendimus, si in Deo daretur aliqua ratio univoca, deberet etiam dari perfecta praecisio conceptum, seu distinctio rationis per modum excludens & exclusi, & consequenter aliqua compunctionis rationis, tanta quanta est compunctio ex genere & diffenti, quod divina simplicitati repugnat: Ergo ratio persona divina non est univoca, sed analogia respectu trium personarum; & cum non possit esse analogia, analogia attributionis, eo quod ratio persona divinae repugnat, restat ut sit analogia respectu illarum personarum divinarum, ut sit ratio analogia respectu trium personarum, & cum non possit esse analogia, analogia attributionis, eo fere modo quo docet Philosophus ens esse analogum ad duos individuos ejusdem speciei.

74. Neque oblat quod D. Thomas in 1. dist. 25. q. 1. art. 3. impugnat sententiam aliorum, qui dicebant personam divinam analogice praedicari de tribus personis, & potest concludat eis esse communem, sicut ratio animalis est communis homini & animo; quod etiam repetit in 1. ad Annibaldum, eadem distinctione, questione, & articulo. Non, inquam, hoc oblat, quia S. Doctor ibi folium intendit docere, personam ut sic non esse analogie communem tribus personis, secundum communitatem intentionis aut proportionis, seu puri respectus rationis (ut docebant illi quorum sententiam impugnat) sed secundum communitatem rationis fundatam in re: ad quam explicandam affect exemplum animalis respectu hominis & animi; non quod velit esse paritatem in modo communitatis, ita ut utraque sit univoca, sed solum in ipsa communitate, ita ut utraque sit multiplicita, non possint plurificari.

Sequitur secundo, quod subsistentia dicatur una, & concedatur plures: primus, quatenus subsistentia pro perfectae independentie accipitur: secundum vero, prout pro perfectae incommunicabilitatis usurpatur. Quia subsistentia, primo modo accepta, convenit personis divinis ratione existentiae, in secunda vero acceptio illis competit ratione relationum. Patet ex distis dilatatione precedentibus.

Sequitur tertio, quod una existentia concedatur in Deo, & nullatenus plures: quia ut supra disp. 2. art. 6. ostendit est, existentia absolute dicitur, & convenit personis divinis ratione existentiae, non vero ratione relationum.

Ex quo sequitur quartio, nec extinat, nec durat.

75. nec rationem increat pluriplurificari.

76. Ex quo sequitur quarto, nec extinat, nec durat.

77. Ex quo sequitur quinto, tres personas divinas non posse dici tres perfectos substantiis, sed tantum adjectis: quia ut

78. disp. 3.

Theol. Genet., Tom. II.

Disputatio Sexta,

disp. 3: docimus, perfectio realiter non multiplicatur in personis divinis, cum non conveniat illis ratione relationum, sed tantum ratione essentia. Unde cum bonum sit idem quod perfectum (test. D. Thom. supra q. 5. art. 1.) etiam bonitas non multiplicatur in personis divinis, nec ille possunt dici tres boni substantiae, sed tantum adiective, ut expresse docuit Augustinus in questionibus de Trinitate, in principio, ubi querens: *Cum tres personas, non tres Dei, nec tres omnipotentes, tres boni, nec tres magnos dicere fas est?* Respondet: *Quia Deus, & omnipotens, & magnus, substantia nomina sunt, & ad se dicuntur.*

9. Sequitur sexto, non dari in divinis plures infinitates, sed tantum unam: nam infinitas sequitur non realitatem, sed perfectionem: est enim proprietatis quantitatis virtutis, qua idem est, quod perfectio. Ergo si perfectio solum ratione essentia convenit personis divinis, & solum in illis non multiplicatur, idem est infinitate dicendum erit.

10. Sequitur septimo, quod divinas personas dicantur una res, & plures res: una res, qua est essentia, & plures res, qua sunt relations: ex quod realitas, qua in esse non conficitur sed ratio constituit, & pro essentia acceptetur, & pro relationibus. Hoc docuit expresse August. lib. 1. de Doctrina Christiana c. 5. his verbis: *Res quibus frumentum est, Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus est. Statim addidit: Trinitas una quadam summa res.* Idem docuit etiam Anselmus libro de Incarnatione Verbi c. 3. ubi ait: *Omnis Christianus sentire, quod persona divina secundum propria sunt tres res; ita sicut enim secundum essentiam communem sunt una, & easdem, propter abiectionem vel divisionem.* Docuit etiam idem D. Thomas infra q. 39. art. 3. ad 3. his verbis: *Secundum quod hoc nomen, Res, est de transcendentibus; unde secundum quod pertinet ad relationes, pluraliter pradicatur in Divinis; secundum vero quod pertinet ad substantias, singulariter pradicatur. Quibus verbis corollarium nostrum & doquunt, & probavit.*

11. Nec in contrarium facit definitio Lateranensis, quae refertur in cap. *Dominamus de summa Trinitate*, ubi decernit: Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum, esse unam quamdam summam rem, qua est essentia: nam per hoc non negatur esse tres res relatives.

12. Sequitur octavo, dari in Divinis tres unitates, & unam unitatem: primum ratione relationum, secundum ratione essentiae.

Probatur primo: In Divinis datur unitas essentiae, pluralitasque personarum: At pluralitas personarum sine distinctione unitatum salvare non potest: Ergo datur plures unitates relatives, & una unitas absoluta.

Probatur secundo: Unitas in realitate individua constituit: realitas & individuo convenienter cuique ex personis divinis, nequum ratione essentia, sed etiam relationis: Ergo unitas ratione utriusque convenient.

Sequitur ultimo, tres personas divinas proprie loquendo non posse dici tria individua. Nam D. Thomas quæst. precedenti art. 4. in corp. hoc differmēt constituit inter aliquis bono, & by persona, quod primum significat de formalis natura, alterum vero personalitatem: Sed naturaliter non multiplicatur in Divinis: Ergo nec individuum, & consequenter hac propositio concedenda non est: *Tres Personas divinas sunt tria individua.*

Dices: Individuum est individuum in se, & distinctum a qualibet alio, ut docent Philosophi in Metaphysica: Sed tres persona divina sunt tres res, quarum qualibet est individua in se, & diversa a qualibet alia: Ergo sunt tria individua.

13. Respondeo distinguendo Majorem: Individuum est individuum in se, & distinctum a qualibet alio, divisione nature, concedo Majorem: divisione solum personali, negro Majorem: & sub eadem distinctione Minoris, negro Consequentiam.

ARTICULUS II.

An ens substantiae acceptum, pluraliter dicatur in Divinis?

14. *P*artem affirmativam tenent Suarez, Vafquez, Molina, Ruiz, & alii, relati a Salmanticensibus disp. 10. dub. 1. & ex nostris Gonzalez & Joannes a S. Thoma.

Fundamentum illorum est primo, quia ens transcendit relationes, & essentiam, non minus quam res: Sed quia res essentiam & relationes transpendit; nedum singulariter, sed etiam pluraliter dicitur in Divinis, ut ex D. Thom.

Secundo. Esti ens ab essentia fuerit ad significantem impositum, non tamen illam de formalis significanti, sed entitatem: At esto admittatur una solum existentia in Divinis, datur tamen plures entitatis relatives, sicut & plures realitates: Ergo etiam datur plura entia substantiae.

15. Partem negativam docent alii, quos referunt & sequuntur Salmantenses loco citato, duxi primo auctoritate

D. Thomae in l. dist. 25. q. 1. art. 4. ubi sic ait: *Nomen enim suminor ab esse rei, & ideo cum unus & idem sit esse trinitas personarum; si ens suminor substantias, non potest pluraliter predicari de tribus personis, quia forma a qua imponitur, scilicet esse, non plurificatur in eis: si autem suminor participiar & adiectiva, sic pluraliter praedicari potest. Quid etiam repetit solutione ad l. & ab Annibaldum ibidem.*

Secundo haec ratione ejusdem D. Thomae: Nomen substantiae accipit numerum a forma significata: At forma significata per hoc nomen, ens, non multiplicatur in personis divinis: Ergo nomen ens, substantiae sumptum, non dicitur pluraliter de personis divinis. Major est certa, Minor probatur. Forma significata per hoc nomen, ens, est existentia: tum quia id docet D. Thomas loco citato; tum etiam quia cum significata hujus nominis, ens, omnes illius passiones debent convergi, & solum cum ente existente convertuntur. Sed existentia non multiplicatur in personis divinis, ut disputatione precedenti fole ostendimus: Ergo forma significata per hoc nomen, ens, non multiplicatur in personis divinis.

Tertia eandem partem negativam sic probant: Esto admittatur ens non significare de formalis existentia, tamen formale significatum illius non est entitas utcumque, sed prout est principium existendi: At entitas, prout sic, non purificatur in personis: Ergo nec formale significatum ensis substantiae accepti in illis multiplicatur.

Pro hac lice componenta, diligenter observandum est, ens nominaliter tribus modis posse sumi. Primum sumitur ut est concretum existentia. Secundo, ut est concretum solum essentia, quatenus est principium existendi. Tertio, ut est concretum entitatis, quatenus opponitur nihil. De prima & secunda acceptione non potest esse dubium: utramque enim efficaciter probant argumenta secundae sententiae. Solam potest esse dictio de tertia: unde illa probatur primo: Omni abstrato potest dari concretum: At entitas, ut nihil opponitur, abstractum est, cui nullum aliud concretum affigilabile est quam ens: Ergo ens potest acceptari ut concretum entitatis oppositum nihil.

Secundando probatur has tertia acceptio entis nominaliter.

Mathematica, prout subsumt abstractioni a materia sensibili & singulari, sunt vere entia: cum pertinente ad predicationem quantitatis, que est unum ex inferioribus entis, & tamen prout sic, nec existunt, nec dicunt ordinem ad existentiam, ut docetur in Metaphysica: Ergo ens nominaliter non solum sumi potest ut est concretum existentia, vel efficiuntur dicentis ordinem ad existentiam, sed etiam ut est concretum entitatis, ut oppositum nihil.

Probatur tertio: Materia & forma sunt duo entia realiter partialiter distincta: At si ens solum posset accipi ut concretum existentia, vel folius essentia, ut est principium existendi, non potest dici duae entia partialia: cum in vera Thomistaram sententia, nec existentia partialibus gaudet, nec diversis essentia prout essentia est principium existendi: Ergo potest sumi ut concretum entitatis oppositum nihil. Hoc ita supposito & probato, facili erit refutatio difficultatis proposita.

Dico primo: Ens quatenus concretum existentia, & essentia, prout est principium existendi, non praedicatur pluraliter de divinis personis.

Hanc conclusionem probant fundamenta pro secunda sententia adducta. Nomen enim substantiae accipit numerum a forma significata: Sed forma significata hoc nomine, ens, prout est concretum existentia, vel essentia, quatenus est existendi principium, non multiplicatur in personis divinis; cum in illis sit unica tantum existentia, & unica essentia, quatenus est existendi principium: Ergo hoc nomen, ens, quatenus est concretum existentia, vel essentia, prout est existendi principium, non praedicatur pluraliter de divinis personis.

Dico secundo: Ens ut est concretum entitatis, quatenus opponitur nihil, pluraliter dicitur de personis divinis.

Hac conclusio probatur ex principio opposito: Entitas enim, ut præcise opposita nihil, plurificatur in personis: Tum quia sic sumpta non est minus transcendens, quam realitas: haec autem quia transcendens est, pluraliter dicitur: Tum etiam, quia persona realiter entitatis, sic distinguitur: sicut autem distinctio realis non fiat sicut distinctione realitatis; ita distinctio realis entitativa non distinctione entitatis nequit subsistere: Ergo ens, prout concretum entitatis oppositum nihil, pluraliter dicitur de personis divinis.

Ex quibus patet solutio ad fundamentum prime sententie, illud enim solum probat, ut prout est concretum entitatis, quatenus opponitur nihil, pluraliter dici de personis divinis, quia illud relationes & essentiam non minus transcedit, quam res: unde secundam conclusionem statuit, primam tamen non attigit.

Ad fundamentum vero secunda sententia dicendum est, quod quavis nomen entis sumatur ab esse rei, non tamen solum significat entitatem ut existentem, vel essentiam, quatenus est existendi principium, sed etiam entitatem quatenus opponitur nihil: quia (ut docent Philosophi)

De Unitate & Pluralitate in Divinis.

Probatur primo ex Concilio Toletano XI. in confessione personis divinis, ubi dicitur: *Deus non triplices, sed Trinitas & dicitur & credi debet.* Idem docet August. lib. 5. de Trinit. c. 7.

Probatur secundo ratione D. Thomae: Nomina enim illa, Duplex, Triplex, &c. opponuntur simplicitati, & important aliquid compositionis, vel, ut dicit S. Thomas, iniquitatatem proportionis, est autem error ponere in Deo aliquid opportunitate simplicitati, vel inducens iniquitatem. Ceterum hoc nomen Trinus, vel Trinitas, dicit absolute numerum trium, sine diminutione simplicitatis, vel additione iniquitatis: Ergo Deus, Trinus, vel Trinitas, non vero triplices appellari debet.

Dico secundo: Filius in Divinis potest dici alius a Patre, non tamen aliud: & e contra unum cum Patre, non vero unus dicendum est. Ita D. Thomas art. 2.

Ratio est: quia, ut ait idem Sanctus Doctor ibidem in respondit ad 4. nomen neutrum significat aliquid magis conflatum & nondum formatum; nomen autem masculinum, aliquid magis formatum & distinctum: unde quia proprium est suppositi distinguere, & ultimo completere seu formare, nomina masculina magis attribuuntur personis, & neutra natura. Ad significandam ergo naturam divinae unitatem, dicimus neutraliter Patrem & Filium esse unum: & ad evitandum distinctionem in natura, negamus Patrem esse aliud a Filio. E contra vero ad designandam distinctionem in personis, utinam nomine, *alius*, masculine, dicendo: *Pater est alius a Filio;* & non adhibemus hoc nomine *unus*, masculinum, nisi adjungatur terminus trahens ad naturam divinam, ut cum dicitur: *Pater & Filius sunt unus Deus.*

Notat autem D. Thomas in eodem articulo, in utendo 31 nominibus importantibus distinctionem aut unitatem, causata esse procedendum, ad vitandum duos errores extremos: unum: *Arii*, qui cum Trinitate personarum posuit Trinitatem essentiae: alterum: *Sabellii*, qui cum unitate essentiae posuit unitatem personae. Ad primum vitandum, non est utendum in Divinis nomine *diversitatis*, vel *difference*: unde dicendum non est, *Filius est diversus a Patre*; aut ab illis differentem; quia haec nomina importunt distinctionem in forma. Nomen etiam *separations* aut *divisionis*, vitandum est, quia separatio est pars a toto, aut a compare: divisio autem totius in partes cum summa simplicitate pugnat. Ne autem tollatur aquitas inter personas divinas, non est dicenda una dupla ab alia, & ne tollatur illarum similitudo, non est dicenda una aliena seu discrepans ab alia; quia quod alienum aut discrepans est, non est omnino simile.

Ad fugendum vero errorem Sabellii, docet vitanda est 32 haec omnis, *singularis, unicum, & solitarius*. Unde Pater, & Filius, nec singularis, nec unicus, nec solitarius Deus dicendi sunt: quia primum tollit unitatem essentiae in tribus personis: secundum excludit numerum personarum: tertium tollit illarum conformatum.

Dico tertio: Hoc dictio exclusiva *solis*, si sumatur categoriacem, addi nequit termino essentiali; bene tamen si sumatur categoriacem. Ita D. Thomas art. 3.

Probatur: quia primo modo denotat solitudinem oppositam personarum societati: ita enim propositiones: *Deus est unus, Pater est unus, faciunt hunc sensum: Deus est solitarius & sine comitatu: Pater est sine confortio.* Si vero sumatur secundo modo, non dicit solitudinem, sed excludit alia diversa natura a conforto praediti. Ut quando dicimus: *Jesus Petrus currit:* non denotatur quod solitarius sit, cum possit habere multis secum existentes; sed solum excludit alios a conforto currit. Et sic, inquit D. Thomas, affirmari potest: *sols Deus est eternus, omnipotens, &c. quia per hoc non denotatur, quod Deus societate personarum non gaudeat, sed omnia alia, praeter Deum, aeterna non esse.*

Notat autem idem S. Doctor in solutione ad 1. quod si in Deo Trinitas personarum non esset, solitarius diceretur, etiamque creati suissent Angelii & homines: solitudo enim non tollitur per coexistentes simultaneam aliorum extranea natura; unde vere dicitur aliquem hominem esse solum in horto, quamvis in illo sit planta & brata, si nullus sit aliis homo.

Dices: Si unus homo & unus Angelus essent in beatitudine, nullus eorum solitarius diceretur, & tamen species differunt: Ergo solitudo tollitur per confortum suppositi diversa natura.

Respondeo Angelum & hominem, in ordine ad beatitudinem, convenienter specie atoma, eo quod potentia obedientialis, in ordine ad beatitudinem, non competit illis ratione ultima differentia, sed ratione gradus genericus naturae intellectualis; qui gradus, eti genericus sit respectu operationum naturalium; respective tamen ad rationem beatitudinem comparatur non secundum vim naturalem, sed secundum obedientiale; quia una species est in Angelis & hominibus, ut in Tractatu de visione beatifica explicari solet.

Instabis: Saltem sequitur ex hac doctrina, quod si Angeli 36 suissent creati in statu pura natura, non sufficeret inter illos societas.

De Unitate & Pluralitate in Divinis.

Illi est id a quo nomen imponitur, & aliud id ad quod significandum imponitur. Unde, ut supra dicebamus, licet mathematica, qua talia, nec existant, nec dicant ordinem ad existentiam, tamen sunt vere entia realia. Item materia prima est entitas distincta a forma, quamvis in sententia Thomistaram, eadem cum illa existentia gaudeat, nec dicat ordinem ad existentiam, nisi mediante forma quam recipit. Ita pariter, licet divinae relationes eamdem cum divina essentia existentiam habeant, nec existant per existentias relativas sibi proprias, possunt tamen dictria entia, non quidem simpliciter & absolute, quia ens absolute & simpliciter dicitur solum de entitate ut exsistente, vel prout est existendi principium, sed cum addito, nempe tria entia relativa aut personalia.

Quares primo, an veritas realiter multiplicetur in personis divinis?

23. Respondeo non multiplicari. Ita D. Thomae in l. dist. 19. q. 5. art. 3. ad 1. & ad Annibaldum. ibidem q. 5. art. 2. ad 6. ubi docet quod licet res, qua est communis absolute & relativo, multiplicetur in Divinis, & ab eterno fuerint plures res, quia fuerint plures personae; tamen ab eterno non fuerint plura vera, quia verum est essentia. Quibus verbis ratione fundamentalem hujus responsionis insinuat. Illa enim quae convenient personis divinis, ratione essentiae tantum, & non ratione relationum, non multiplicatur in illis: Sed veritas personis divinis, ratione essentiae, non vero ratione relationum, convenient: Ergo non multiplicatur in illis. Minor probatur: Veritas transcendentalis constituit in entitate ut intelligibilis, sicut docetur in Metaphysica: Sed intelligibilis divinas personas competit ratione essentiae, eo quod in Divinis sola essentia habeat rationem speciei intelligibilis, & objecti motivi, respectu sui, attributorum, & relationum, ut in Tractatu de attributis disp. 2. art. 5. §. 2. oftensum est: Ergo & veritas.

24. Confirmatur: Veritas super immaterialitatem fundatur, sicut & cognoscibilis, ut docet D. Thomae supra q. 14. art. 1. At immaterialitas divinarum personarum est tantum una: Ergo & veritas. Probatur Minor: Immaterialitas divina idem est ac omnis potentialitas excludit, in qua exclusione ratio actus puri constituit: Sed ratio actus puri non multiplicatur in personis divinis, ut ex supra dictis patet: Ergo nec immaterialitas.

Dices: Hec veritas, *Pater generalis*, est distincta ab ista, *Spiritus Sanctus a Patre & Filiis procedens*, cum prædicatur & subiectum unius distincta fint ab extremitate alterius: Ergo veritas principaliter dicitur in Divinis.

25. Respondeo veritates illas esse distinctas materialiter, non autem formaliter: quia licet prædicatum & subiectum unius distincta sint ab extremitate alterius, tamen in eadem omnino immaterialitate convenient: Veritas autem (ut supra dicebamus) est existens entitas ut immaterialis. Sicut ergo, licet haec duas conclusiones: *Eas mobiles confitit materia & forma.* *Prædictio est unus ex principiis ad generationem requisitus*, materialiter & in esse entis differentia specie, non tamen formaliter & in esse scilicet: quia subiectum eidem abstractioni a materia singulari, & lumini corporis principiorum, ut explicare solent nostri Thomistæ, quando arguant de unitate specifica scientiarum: ita etiam quamvis ista veritates: *Filius a Patre generatur, Spiritus Sanctus a Patre, Filioque procedit, sunt materialiter diverse, non tamen formaliter, quia in eadem immaterialitate & actualitate convenient.* Unde D. Thomae qu. 1. de verit. art. 5. ad 18. ait: *Omnium ictus enunciabilis: Pater est, vel generare: Filius est, vel genitus est, secundum quod ad rem referuntur, est veritas una, quia est veritas prima & eterna.*

Quares secundo: An hoc prædicatum aliquid plurifacitur in Divinis?

26. Respondeo negative: nam aliquid idem est quod, aliud quid: in Divinis autem, licet sit aliis & aliis; non tamen aliud & aliud, ut patet ex dicendis articulo sequenti.

ARTICULUS III.

Quibus nominibus, ad declarandam in divinis unitatem in essentia, & distinctionem in personis venientiam sit?

27. Rete ait Augustinus: *Philosophus liberum esse, quibus voluerint uti verbis.* Theologus vero, dum agit de sacro Trinitatis mysterio, ad certam regulam loqui est per necessarium. Quia in hoc præcipue mysterio (inquit Hieronymus) ex verbis inordinatae prolati incurritur heretici. Quare D. Thomas in hac questione exacte explicat, quibus nominibus in mysterio Trinitatis utendum sit, ad errores Hereticorum deviantibus, & ad declarandam unitatem seu consubstantiam divinarum personarum, & illarum pluralitatem, & distinctionem. Quod etiam breviter in hoc articulo præstatum est.

28. Dico ergo primo: in Divinis utendum est nomine Trinitatis, non triplicatis: Deinde trinum, non triplicem esse appellandum. Ita D. Th. hic art. in corp. & in solutione ad 3.

Disputatio Septima,

Societas, sed quilibet illorum mansisset solitarius: Consequens iustum videtur: Ergo &c. Sequeli probatur. Nam tunc omnes Angeli different species: Ergo si solitudo non tollitur per consortium aliorum suppositorum diverse natura & species, Angeli in statu pura nature creati, sufficiunt solitarii.

Relpondeo quod licet Angeli in esse pura natura differant species metaphysice, convenientur tamen species in ordine ad convictum politicum in modo operandi: & haec diversitas est quae requiriatur, ut unum suppositum alteri societatem non faciat. Cetera que docet D. Thomas in hac questione, facili sunt, & ex sola lectio textus percipi possunt.

DISPUTATIO VII.

De cognitione divinarum personarum.

Ad quaestionem 32. D. Thom.

DIVINARUM personarum cognitione verus ac solidus est animi cibus, quo viatores per fidem nutritur in via: & comprehensores per speciem & claram visionem plene & perfecte reficiuntur in patria. Unde Augustinus item 29. de verbis Domini expendens verba illa Luca 11. Amico accommada mihi tres panes: illa de trium personarum divinarum cognitione intelligit, & subdit: Cum per veneris ad tres panes, hoc est ad cibum & intelligentiam Trinitatis, habes & unde vivas & unde pacas. De hac ergo cognitione, & de notis seu notionibus, quibus divina persona cum inter se, tum ab essentiâ discernuntur, breviter hic cum S. Doctore differendum est.

ARTICULUS I.

An ex effectibus naturalibus mysterium Trinitatis demonstrari posse?

Artem affirmativam tenuit olim Raymundus Lullus, existimans ex rebus naturalibus deduci posse rationes omnino evidentes, quibus mysterium Trinitatis veritas ipsius etiam Mahometanus & infidelibus demonstrari posset: quamvis ipsum concurrit excusare Vasquez. Sed quidquid sit de eius mente, hinc sententia, seu potius errori, favere videntur quidam antiqui Theologi, ut Richardus a. S. Vito, Henricus, & Joannes Gerlon, Cancellerius Parisiensis, qui licet concedant, fœcula omni revelatione divina, non posse mysterium Trinitatis ab intellectu creato cognoscere; supposito tamen aliqua eius revelatione, sicut extrinseca, afferant posse lumine naturali inventare rationes, quibus hujus mysteriorum existentia demonstrative probetur. Oppositum docent certi Theologi cum Magistro in 1. dist. a. & cum S. Thom. ibid. dist. 3. q. 1. art. 4. & 5. praefanti qu. art. 1.

§. I.

Conclusio negativa placuitur.

Dico igitur: Ex effectibus naturalibus mysterium Trinitatis non potest demonstrari, etiam supposita divina revelatione.

Probatur ratione D. Thomae: Effectus cognitus five quiditative, five comprehensive, non dicit in cognitionem causam, nisi sub ea ratione sub qua ab illa procedit: Atque effectus naturales non procedunt, nec pendent per se a Deo, ut Trino, sed solum quatenus Uno: Ergo ex illis, etiam ut comprehensio, non potest cognitione demonstrativa Trinitatis haberi. Major est certa: nam cognitione causa ex effectu fundatur in dependentia, quam effectus habet ab illa: Ergo ex effectu non potest cognosci causa, nisi sub ea ratione que terminat dependentiam illius, & sub qua effectus ab illa predicitur. Minor autem probatur. Creatura procedunt per se a Deo, ratione omnipotentie, per modum virtutis proxima, & ratione Divinitatis, ut principi radicalis. Sed omnipotens & Divinitas convenient Deo pro priori ad relationes, quibus constituantur personæ: Ergo per se non dependunt a Deo, quatenus Trino, sed quatenus Uno. Unde si per impossibile Deus non esset Trinus in personis, sed in una persona subsistens, ut existimat olim Philosophi Gentiles, adhuc manerent creature, cum perseveraret virtus productiva illarum, scilicet omnipotencia.

3. Confirmatur & magis illustratur haec ratio, hoc exemplo apolliniano. Sic effectus procedentes ab artifice, v.g. numerum ternarium appellabant divinum, eumque in laetitia tanta cum religione adhibent: Respondet Deorum facies suffit adhibent, non propter mirabilem illam trinitatem personarum Triadem, in unitate simplicissime effectus subsistentem, quam antiqui proflus ignorabant, sed propter eminentem supera omnes alios hujus numeri per-

cedens & concomitante se habent in arte ut artificiose operante: Ita pariter, quamvis ex inspectione creaturarum, & ex artificio hujus mundi fabrica, infinitam supremi illius artificis artem, sapientiam, & potentiam cognoscamus, juxta illud Apololi ad Romanos 1. Invisibilis Dei per in qua facta sunt, intellecta confolucionis, semperna quoque virtus ejus ac Divinitas: ex illis tamen ad notitiam Trinitatis devenire non possumus, quia Deus ut Trinus, per se non concurret ad productionem creaturarum, sed ut omnipotens, & sapiens, ac supremus artifex; & quia divinae relationes, quae activa non sunt, & habent rationem per se termini, non influunt in opera Dei ad extra, sed solum personas divinas in ratione principi quod actionem notionalium constitutum.

Hac ratio non solum probat, seclusa divina revelatio ne, ex effectibus naturalibus mysterium Trinitatis non posse demonstrari, sed nec etiam illa supposita; quia revelatio non dat effectibus Del dependentiam ab ipso, quatenus Trino: Ergo si deficit connexio cum Deo, quatenus Trino, non potest ante revelationem ex illis Trinitas personarum demonstrari, etiam revelatione supposita, non potest Deus ut Trinus ex creaturis demonstrative cognosci.

§. II.

Principia objectiones solvantur.

Contra precedentem conclusionem in primis objici posse, quod Philosophi Gentiles cognoverunt mysterium Trinitatis: Sed nulla huius eiis facta revelatio supernaturalis: Ergo scilicet omni revelatione supernaturali, ex effectibus naturalibus potest mysterium Trinitatis evidenter cognosci. Minor, & Consequentia patent, Major vero probatur ex eo quod multa inveniuntur dicta a Philosophi Gentilibus de hoc mysterio. In primis enim Aristoteles 1. de calo, loquens de numero ternario, dicit quod per illum oportet nos Deum magnificare. Item Pythagoras, teste eodem Aristotele, docuit ipsum omne, ac omnia, tribus esse definita: propter quod in Deorum sacrificiis numero ternario uti solebat. Item Avicenbra omni dicebat quod El, & Elohim, & Jehovah tres personae, & unus Deus, creant mundum. Similiter Trismegistus afferuit quod, Monas genuis Monaden, & in se summa restringit: quibus verbis manifeste videat exprimi generatio Verbi, & processio Spiritus Sancti. Denique Augustinus 1. 6. Confess. referit se legite in libro Platonicorum, non quidem eidem verbis, sed similibus, multa ad Sandifilium Trinitatis notitiam pertinentia, v.g. illud quod de aeterna Verbi generatione scribit Joannes: In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum.

Confirmatur: In pluribus natura operibus aliquo relatore videtur Trinitatis veligia, ex quibus Gentiles Philosophi potuerunt hoc mysterium cognoscere, vel saltem aliquam illius habere suspicionem. Nam, ut egeste annovata Joannes Bonetus, in libro quem edidit de mystica numerorum significatione, ita in numero ternario luit natura, ut prius aspectu videatur increare & inscrutabilis Trinitatis imaginem in cuiuslibet suis operibus insculpsisse. Tres enim sunt gradus naturarum constitutivi: scilicet esse, vivere, & intelligere. Tria rerum naturalium principia: materia, forma, & privatio. Tres durationum mensura: tempus, ævum, eternitas. Tres temporis partes: futurum, praesens, & prateritum. Triplices quantitatibus species: linea, superficies, & corpus. Tres calos tantum admittunt Philosophi. Triplices vita principia: anima rationalis, sensitiva, & vegetativa. Triplices in anima rationali potentia: intellectus, memoria, & voluntas. Tres Angelorum Hierarchia, & qualibet in tres chordis divisa. Triplices eorum operatio: purgatio, illuminatio, & perfilio. Triplices eorum status: natura, gratia, & gloria. Triplices eorum motus: circularis, rectus, & obliquus, ut docet Dionysius in libro de celesti Hierarchia. Denique ut ajetur olim Pythagoras: omnia tria sunt, & tria unum.

Ad objectionem respondeo, negando Majorem: Ad cunctas probaciones refrendo primo D. Thomas hic art. 1. ad 1. quod Philosophi non cognoverunt Trinitatis mysterium per propria, que sunt Paternitas, Filiatio, & Processio Spiritus Sancti, juxta illud Apololi 1. ad Corinthos 2. Logium Dei sapientiam, quam nemo principum hujus facili cogovit, id est nullus antiquorum Philosophorum, qui fuere veluti principes secularis doctrina, ut exponit gloriosa; sed solum cogoverunt quadam essentialia attributa, quae appropriantur personis divinis; sicut potentia Patri, sapientia Filio, & bonitas Spiritu sancto.

Ad illud vero Aristoteles, Pythagoras, & aliorum, qui numerum ternarium appellabant divinum, eumque in laetitia tanta cum religione adhibent: Respondet Deorum facies suffit adhibent, non propter mirabilem illam trinitatem personarum Triadem, in unitate simplicissime effectus subsistentem, quam antiqui proflus ignorabant, sed propter eminentem supera omnes alios hujus numeri per-

De Cognitione Divinarum Personarum.

123

fectionem. Nam in numero ternario omnia veluti includuntur: quia continet unum, cui competit ratio principii, & duo, quibus convenit ratio mediæ; & tria, quæ habent rationem finis, ut explicant Zanardus, & Bonetus ubi supra.

9. Ad hunc autem Trismegisti locum: Monas genuis Monadem &c. dicit referendum esse hoc dictum, non ad generationem Filii, vel processionem Spiritus Sancti, sed ad productionem mundi: nam unus Deus, unum mundum produxit, proprius sui amore.

10. Ad illud Augustini, qui referit se legite in libris Platonicis, In principio erat Verbum &c. respondet quod ibi verbum non sumitur secundum quod significat personam genitam in divinis, sed secundum quod per verbum vel ex parte modi communicandi, concedo Majorem. Ex parte rei communicare, nego Majorem; & sub eadem distinctione Minoris, nego Consequentiam. Nam licet communio divine bonitatis ad extra, non sit infinita ex parte rei communicare; et tamen infinita ex parte modi, quo Deus se communicat ad extra, educendo res & nihil, ad quod requiritur virtus infinita: & solum hac communicationis infinita potest ut possibilis lumine naturali demonstrari, non autem possibilitas communicationis infinita ex parte rei communicare.

11. Secundo responderem potest cum eodem S. Doctore in 1. dist. 3. q. 1. art. 4. & ad Annibal. ibidem q. 2. art. 2. aliquos Gentiles Philosophos pervenientes ad aliquam notitiam mysterii Trinitatis, non ex inspectu creaturarum, vel ex ratione naturalium demonstrationis, sed ex Hebreorum magisterio, & Scripturam sacrarum lectione. Certissimum enim est, anquaque Philosophos sapiente Iudeorum Doctores confundiles, ut per Pythagoras & Apollonius refert Hieronymus. Ipsos etiam forte Scriptura libros interdum legitimes, constat Aristotelis testimonio, qui lecto Genesis libro, de Moyse ejus Auctore dixisse fertur: pulchra profecta scribit hic barbarus; sed ea probare. Et D. Thomas loco citato ad Annib. ait: Plato legite dictur librum legis & Prophetae, per quos aliquadem cognitionem Trinitatis habere posuit. Poterunt etiam illi Philosophi aliquam hujus mysterii haucitare notitiam ex verbis Sybillarum, quibus quamplurimis Christianis religionis arcana, in premium illibate virginitatis revelata sunt: vel etiam ex Damnonum revelatione, ut docet D. Thomas locis citatis. Daemones enim, qui in primo sua creatione instanti, in quo in gratia creati sunt, hujus mysterii fidem habuerunt, de illo interdum homines sufficere allocutus, indicat illud Serapidis responsus, qui confundit Thalii, qui in Egypto regnavit, quinquam efficiat febore? dixisse fertur:

Principio Dei est, tum sermo, at spiritus istis

Additur: haec tria sunt causa, & tendunt in unum.

Ita refert ex Suidae Ludovicus Vives, libro 10. de civitate Dei cap. 23.

12. Ad confirmationem dicendum est, quod licet in creaturis aliquo relucant Trinitatis veligia, ex his tamen, fœcula divina revelatione, humana ratio non potest in aliquam ejus notitiam, vel levissimum suspicione venire. Nam, ut docet D. Thomas in 1. dist. 33. q. 1. art. 1. ad 2. Omnia finita quæ ex creaturis ab explicandum hoc mysterium adduci possunt, plus habent de dissimilitudine: ideo magis adducere a veritate hujus mysterii, quam in ejus veritate in selectione inducent. Unde Dionysius lib. 1. de divinis omnibus: Nullus numerus, aut unitas, aut secunditas, aut aliud quidam spernit arcanum illud divinitatis, quod omnium rationis superior & intelligentia.

13. In his rel. typum, Ezechielis 10. thronus Sanctissimus Trinitatis dicitur: illa potius super quatuor animalia capita: quia (ut interpretantur Doctores) hujus mysterii sublimitas, quadruplicis cognitionis creatæ gradus transcendent; sensitiva scilicet, per hanc; fantasie, per leonem; rationalis, per hominem; & angelicæ, per aquilam figurata.

§. III.

Convalluntur alia fundamenta auctoritate sententia.

Contra precedentem conclusionem plura congerit argumenta Raymundus Lullus, que evidencia & demonstrativa existunt; quia tamen nullius fere momenti sunt, his prætermissis.

14. Contra illam argui potest primo. Communicatio naturæ divine ad intra, potest ratione naturali evidenter probari: sed illa cognita mysterium Trinitatis cognoscitur: Ergo hujus mysterii existentia potest ratione naturali demonstrari. Minor patet, Major autem, in qua consistit difficultas, probatur. Cum enim natura boni sit esse diffusum, & naturæ lumine notum, omne bonum se potest communicare & diffundere, juxta suam naturam, naturali ratione cognoscitur, bonum suum potest infinite communicari, & bonum infinitum, qualis est natura divina, posse communicari infinito: Sed solum communicationem naturæ divinae ad intra esse infinitam simpliciter, etiam lumine naturali manifestum est: Ergo potest lumine naturali evidenter demonstrari communicatio naturæ divinae ad intra.

15. Confirmatur: Lumine naturali notum est, omnes perfections in Deo reperiuntur: Sed constat etiam lumine naturali, maximam esse perfectionem, generare sibi simile: Ergo eodem lumine manifestum est, generationem in Deo reperiuntur, & consequenter Verbi productionem: esto lumine

re naturali processio Spiritus sancti cognosci nequeat. Unde glossa ordinaria super c. 8. Exodi, dicit quod Magi Pharaonis defecerint in tertio signo, id est in notitia tertie personæ, felicitate Spiritus sancti, & sic ad minus duas cognoverunt.

16. Confirmatur amplius: Nullius boni possesso potest esse juventa sine confortio: Sed in Divinis est infinita bonitatis possesso juventissima; & hæc sunt naturaliter nota: Ergo est naturaliter notum, esse confortum in Divinis, & consequenter pluralitatem personarum in divina natura.

17. Ad argumentum respondeo, negando Majorem, ad cujus probationem, distinguo Majorem. Naturali ratione cognoscitur bonum infinitum possit communicari infinito, ex parte modi communicandi, concedo Majorem. Ex parte rei communicare, nego Majorem; & sub eadem distinctione Minoris, nego Consequentiam. Nam licet communio divine bonitatis ad extra, non sit infinita ex parte rei communicare; et tamen infinita ex parte modi, quo Deus se communicat ad extra, educendo res & nihil, ad quod requiritur virtus infinita: & solum hac communicationis infinita potest ut possibilis lumine naturali demonstrari.

18. Dices: Non minus est conformis bono infinito communicationis infinita ex parte rei communicare, quam bono finito communicatio finita ex parte etiam rei communicare: Sed quia est bono finito conformis, potest de illo per rationem naturalium demonstrari: Ergo pariter communicatio infinita, etiam ex parte rei communicare, potest de bono infinito demonstrari.

19. Sed facile responderem potest distinguendo Majorem: Non minus est conformis, in re ipsa, concedo Majorem. Quod non nego Majorem: & concessa Minoris, nego Consequentiam: Nam vim communicandi convenienter bono creato propriis viribus cognoscimus, quia est proportionata viribus nostris intellectus: virtutem autem quam Deus habet se communicandi ad intra, non possumus propriis viribus apprehendere; & quia non suppetunt nobis hujusmodi cognitionis principia, sicut ratione naturali confusa, & ideo quamvis in re ita sit conformis natura divinae communicationis ad intra, sicut bono creato est conformis sua propria communicatione, & tamen potest a nobis per vires naturæ cognosci, secus autem illa.

20. Ad primam confirmationem dicendum est, quod licet lumine naturali notum sit, in Deo reperiuntur omnes perfections simpliciter, id est quia nihil habent imperfectionis admixtam, lumine tamen naturali non constat, generationem esse hujusmodi: immo potius lumen naturale dicitur, generationem non potest fieri sine divisione nature & subtilitate in genito & in generante, nec per consequens sine imperfectione. Unde quod generatio sit perfectio simpliciter simplex, nullaque in suo conceptu involvit imperfectionem, non cognoscimus certo, nisi per divinam revelationem, qua docetur in Deo esse Filium a Patre genitum, ante omnia secula, ejusdemque substantia & natura cum illo.

21. Quare ad illud quod dicitur de Magis Pharaonis, respondet D. Thomas hic art. 1. Quod illi dicuntur defecisse in tertio signo, id est in cognitione tertia personæ, quia a beatitudine que Spiritus sancto appropriatur deviciuntur, dum coagescuntur Deum, non sicut Deum glorificaverunt, ut dicitur ad Romanos 1.

22. Ad secundam confirmationem dicatur, quod possesso bona fide confortio in supposito non habente omnino rationem boni: si vero omnem rationem boni in se possidet, rationabiliter negari potest, ad jacundam tamen fidei possessionem requiri confortio.

23. Secundo in eamdem conclusionem argui potest: Deus ut unus non minus est supernaturalis, quam ut Trinus: Sed non obstante hac supernaturale unitas divina naturæ naturali demonstrabilis est, ut patet ex dictis in Tractatu de attributis disp. 1. art. 3. Ergo etiam Trinitas personarum lumine naturali demonstrari potest.

24. Respondeo distinguendo Majorem: Non minus est supernaturalis, entitative, concedo Majorem. In ratione cognoscibilitate, nego Majorem. Cum enim Deus ut Unus habeat connexione cum effectibus naturalibus quos natura ratione potest cognoscere, non vero ut Trinus; ut Unus, non est supernaturalis in ratione cognoscibili, bene tamen ut Trinus.

25. Dices: Cognoscibilitas sequitur entitatem: Ergo si Deus ut Unus non minus fit entitative supernaturalis, quam ut Trinus, etiam in ratione cognoscibili aque erit supernaturalis.

26. Respondeo verum esse Antecedens, de cognoscibilitate immediata, hæc enim commenatur cum entitate ad quam sequitur; falsum autem de cognitione aut cognoscibilitate ad entitatem, sed ut connexam cum illo, in quo, vel ex quo cognoscitur. Et quia in hac contextione est differentia inter Deum ut Unum, & ut Trinum (nam sub prima consideratione est formaliter cum effectibus naturalibus connexus, secus autem sub secunda) hinc sit, quod licet